



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

52. An qui accusauit plura puncta, & collusorum non aduertit, teneatur restituere non solum pecuniam acceptam ab altero, sed etiam suam propriam, si alter excedat in punctis? Et an qui scienter in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

Lugo de iust. 10. 2. disp. 31. sect. 2. §. 3. n. 34. posse. Primò, qui potiores chartas habet in ludo, & securus iam est de victoria, posse adhuc augere sponsonem, vt plus lucretur, quia hæc est lex communis vtrique ludenti. Ita fecerunt omnes, quos sequuntur & congerunt Sanch. d. lib. 12. n. 1. Salas dub. 7. n. 2. Molina ubi supra. Secundò, qui scit certò, se inferiores chartas habere, atque idè vincendum, potest simulare, & augere sponsonem, vt alter timeat, & recuset, ac relinquat ipsi, quod appositum erat. Tertio sciens, se meliores chartas habere, potest metum simulare, & formidinem, vt aduersarius audacius pronocet, & augeat sponsonem. Quartò potest tacere, licet videat aduersarium accipere plures chartas, quam deberet, propter quem excessum debeat postea perdere, quod appositum est. Quintò infert Sanch. in Oppos. 10. lib. 1. c. 8. dub. 12. n. 12. §. 14. Quod si habens optimum ludum, simulare dicat, transeat, id est, vixit et naye ad effectum decipiendi socium, vt sic eum incitet ad augendum sponsonem, licet lucratur. Sextò potest quis numerare pauciora puncta, quam habet, & postquam contrarius exhibuerit plura, potest ipse licet exprimere, quæ habet, & sic lucrari.

4. Et idè Hurtadus de Contractu disp. 8. diff. 6. sic ait. Non tenetur ad restitutionem lucri, qui certus, quod lucratus est, quia habet priorem locum, & meliorem sortem, v. g. quinquaginta quinque, augeat sponsonem seu expositum (Hispanè *embida*) nec tenetur quamuis fingat, se dubitare, an augeat expositum, vt alter accipiat: nec tenetur, quamuis simulare dicat, transeat, (Hispanè *passé*) vt sic prouocet alterum ad augendum expositum: nec tenetur, qui numerat pauciora puncta, quam habet, vt eo alter antequam sua puncta numeret, augeat expositum, & postea numerat omnia sua puncta, & lucratur: nec qui bona fide accipit sibi primum locum (Hispanè *la mano*) alteri debitum, quia hæc auctore consuetudine recepta, vel permixta sunt à colludentibus. Ita ille.

RESOL. LI.

An si quis videat collusorem non numerare omnia puncta, quæ habet, quæ si numeraret lucrato, ut tenetur, si non admonet, lucrum restituere?

Et notatur non peccare contra iustitiam inspectorem ludi, si non admonet ludentem errare computando puncta, vel non accipiendo primum locum, nisi id promississet, & ita non teneri restituere, licet interdum peccet contra charitatem. Ex p. 7. tr. 9. Res. 44.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Nauarrus, Lopez, & Philarcus penes Sanchez ubi infra, quia accipit ab ignorante pecuniam, quam non amittit. Et ita hanc sententiam docet etiam Azorius 10. 3. lib. 5. c. 25. q. 3. Philarcus de offic. Sacerd. 10. 2. p. 2. lib. 5. c. 2.

2. Sed Sanchez in Omne. 10. lib. 1. c. 8. dub. 14. n. 2. contrariam sententiam docet, quia licet sic ludens teneatur alterum non defraudare, non tamen tenetur alterum de sua negligentia, vel errore admonere; est enim hæc lex ludi. Et confirmatur, quia in aliquo ludo chartarum est in vsu, quod si aliquis est oblitus numerare, vel apponere calculos, si recorder postquam distributæ sunt chartæ, non possit secundum leges ludi numerare, vel apponere. Hanc sententiam docet Alcozer tract. de ludo, cap. 20. dub. 3. & nouissimè Lugo de iust. 10. 2. disp. 31. sect. 2. §. 3. n. 36. & Hurtadus de Mendoza de Contron. disp. 8. diff. 7.

3. Verum aliqui asserunt sententiam negatiuam procedere in locis vbi adest consuetudo sic ludendi, secus autem affirmatiuam sententiam tenendam esse. Et idè Lessius lib. 2. c. 26. dub. 2. n. 14. sic asserit: Leges ludi sunt, quas, vel ipsi ludentes communi consensu inter se

Tom. V. I.

statuere, vel si nihil hac de re egerint, quæ eo loco, vel apud eam gentem, cuius more ludere statuerunt, sunt receptæ: nam contractus nisi aliud exprimat, censetur celebrari secundum consuetudines loci; quamuis fortè alter contrahentium, vel vterque aliquas earum ignoret. Fraudes tamen, seu astutia communi consuetudine recepta, vel in quas expressè, aut tacite ludentes consentiunt, sunt licitæ, nec reddunt obnoxium restitutioni: vt si quis aduertens se certò lucraturum, roget aduersarium, velint deponere duplum; aut si videat errantem in numerandis signis, & non moneat, quisque enim suas tantummodo partes agit, neque tenetur ludenti prodesse, quod per negligentiam non aduertit. Hoc tamen non est vniuersè verum, sed tantum vbi consuetudine id est receptum. Ita Lessius, cui adde Amicum 10. 5. de iust. disp. 28. sect. 4. n. 30. Marchantium in 9. Pass. p. 1. c. 8. pr. 10. q. 1. cas. 5. Molinam de iust. 10. 2. tr. 2. disp. 517. in fin. & Trullench in Decal. 10. 2. lib. 7. disp. 27. dub. 4. n. 5. Bonacina verò de Restit. disp. 2. q. 3. punct. 2. n. 2. Supponit adesse consuetudinem non admonendi collusorem de errore in calculis. Et idè Dicastillus de iust. lib. 2. tr. 18. disp. 5. dub. 3. n. 25. sic ait. Asserendum cum, qui aduertit collusorem per errorem numeri, pauciora dicere puncta, quam habet, teneri ad monendum illum, vel ad restituendum pecuniam, si ob id eam accepit. Quod verum est loquendo ex natura rei, & inductione potest probari in omnibus aliis contractibus.

4. In casibus verò in quibus ex lege, & consuetudine solet taceri, tum licitum erit lucrari, abique vlla monitione, atque in hoc casu veram purò sententiam Alcozeri, à qua etiam non videtur dissentire Molinam id audio receptum in aliquibus chartarum ludis, in quibus nihil debetur ei, qui obliuiscitur adhibere calculos designatorios lucri ex sua parte, (quod Hispanice dicitur, *obliuarse de poner los tantos antes de partir*) Item in ludo paræ pileæ audio alicubi esse receptum, vt, si quis oblitus dicat se minus habere, quem habet, procedatque in ludo, non plura debere computari illi, quam dixit. Sic Dicastillus. Ego puto omnes supradictas sententias esse probabiles. Et negatiuam sententiam absolute tenet Hurtadus de contr. disp. 8. diff. 7. vbi sic ait: Collusor non tenetur ex iustitia admonere alterum collusorem errantem in punctis, & ob id perdentem, ac proinde non tenetur ad restitutionem: quia neuter collusorum tenetur agere partes alterius.

5. Nota tamen inspectorem ludi non peccare contra iustitiam, si non admonet ludentem errare computando puncta, vel non capiendo primum locum, nisi id promississet; & ita non teneri restituere, licet interdum peccet contra charitatem. Ita Nauarrus, supra & Vega 2. Ludus, casu 19. quod verum est, etiam si teneamus, collusorem peccare contra iustitiam, si de iis non admonet, vt tenuerunt Nauar. Azor. & Molina supra citati. Et ita docet Salas, & Sanchez ubi supra.

RESOL. LII.

An qui accusauit plura puncta, & collusor non aduertit, teneatur restituere non solum pecuniam acceptam ab altero, sed etiam suam propriam, si alter excedat in punctis?

Et an qui scienter in ludo soluit minus pretium, quam amittit, teneatur ad restituendum defectum illum, etiam si collusor inaduerterentia, vel errore puer totum sibi iam solutum?

Et an, qui solus scit se amisisse in ludo, teneatur manifestare veritatem, quando de ea inquiritur, etiam si iudices errore ducti iudicent illum lucratum fuisse. Ex p. 7. tr. 9. Res. 47.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Dicast. de iust. lib. 2. tr. 18. disp. 5. dub. 3. n. 22. vbi ait: Si fraus

Sup. hoc in Res. seq. & hic

Sup. in Ref.
47. cursum in
§. Et ideo.

fuit dicendo habere se plura puncta, quam habebat, & ob alterius inaduertentiam lucrum obtinuit, tenetur restituere non solum pecuniam acceptam ab altero, sed etiam sua propriam, si alter excedebat in punctis, quia qui fraudem fecit, non solum non lucratur aliam pecuniam, sed amittebat suam, ut recte notat Alcozer c. 10. dub. 1. Qui autem est causa iniusta, ut alter non lucratur, etiam id debet restituere. Ita Dicastillo, qui etiam n. 27. recte obseruat, eum qui scienter minus pretium soluit quam amisit, teneri ad restituendum defectum illum, etiam si collusor inaduertentia, vel errore putet totum sibi iam solutum. Idemque dicendum est de eo, qui dicit habere se plura puncta, quam habet, etiam si ostendat ab aliis numerandas, sed ea non numerantur. Ratio est, quia fraudes predictae non sunt permixtae in ludo.

Sup. hoc in
Ref. i. not.
præterit. §.
vlt. in princ.

Sup. hoc ibi
dem §. vlt. in
fin.

2. Nota etiam quod is qui solus scit se amisisse in ludo, tenetur manifestare veritatem, quando de ea inquiritur, etiam si indices errore ducti iudicent ipsum lucratum fuisse, nisi oppositum inter se ludentes pacti fuerint, vel consuetudine constet licere. Ratio est in promptu, quia sententia iudicis iusta secundum allegata, & probata, seu fundata in falsa presumptione in conscientia est nulla. Ita Alcozer c. 20. dub. 3.

RESOL. LIII.

An si quis falso asserat se habere, ut vulgò dicitur Primera, vel verbi gratia, 50. puncta, & proiciat aleas in mensa, quas alter collusor ex errore colligit, an inquam in tali casu teneatur restituere non tantum lucrum, sed etiam quod in illa manu erat perditurus? Et an quando alter minus soluit, quam perdidit, & quam erat in sponcione, ex negligentia lucrantis, teneatur restituere? Et an si iudices, vel arbitri iudicent contra veritatem, etiam bona fide, is, cui in fauorem iudicatum est, teneatur lucrum illud restituere, cognita rei veritate? Ex p. 7. tract. 9. Ref. §. 3.

Sup. hoc in
Ref. præterit.
& in alio §.
cius primæ
annotat.

Sup. hoc sup.
in Ref. §. 5.
vlt.

§. 1. **D**E hoc casu interrogatus fui, & affirmatiue respondi cum Villalobos in sum. tom. 2. rr. 28. diff. 1. 4. n. 12. vbi sic ait. [Tambien es fraude, quando vno dize, que tiene primera, sabiendo que no la tiene, y con esso tiende las cartas en la mesa, las quales recoge el otro sin aduertir, porque con esso engaño al otro diziendo que leganaui, assi est à obligado à restituirla lo que legand, y lo que otro ganaua: mas el que mira, no està obligado à dezirlo de iusticia, sino es que lo hauiesse prometido, como dize Nauarro, aunque estàr à obligado algunas vezes de caridad.] Ita Villalobos, cui adde Sanch. in Opus. c. 10. l. 1. lib. 1. c. 8. dub. 12. n. 14. vbi sic ait. Similiter est fraus, quando in ludo, qui Hispanè vocatur, la Primera, vnus ex ludentibus dixit se habere omnes chartas diuersi generis, Hispanè, Primera, cum eas chartas non haberet, & alter collusor non curauit illas aspicere, sed statim credit, & ita iniuste lucratus est, & tenetur lucrum restituere. Qui etiam ex Alcozer, bene notat, quod si ludus iam finitus erat, & alter collusor lucraturus erat, quia habebat plura puncta, tenetur non tantum lucrum illud restituere, sed etiam quod in illa manu erat perditurus.

Sup. hoc in
Ref. præterit.
§. 1. post me-
dium.

Sup. hoc ibi
dem §. vlt.

2. Vnde etiam hic obiter nota, quod quando alter minus soluit quam perdidit, & quam erat in sponcione, ex negligentia lucrantis, tenetur restituere, est enim lex recepta in ludo, quod in pecunia non debet esse fallacia. Item si iudices, vel arbitri iudicent contra veritatem, etiam bona fide, is cui in fauorem iudicatum est, tenetur lucrum illud restituere, cognita rei veritate, quia supradicta sententia fuit lata ex falsa presumptione. Ita Sanchez vbi supra n. 12. & 13.

RESOL. LIV.

An teneatur restituere lucrum, qui dolose subripit primam manum in ludo? Et quid est agendum, si bona fide abripuit manum, an teneatur postea lucrum restituere? Ex p. 7. tract. 9. Ref. §. 45.

§. 1. **A**ffirmatiue responder Philarcus de offic. Sa. cer. 10. 2. p. 2. lib. 5. c. 2. n. 9. Sed ad hanc Questionem responder Sanch. in Opus. c. 10. l. 1. lib. 1. c. 8. dub. 15. n. 1. quod in tali casu ludens tenetur restituere non totum lucrum, sed id quod valebat ius illud præiudici in ludo, id est, in quantum ob hoc est factus melioris conditionis. Probat, quod teneatur restituere, quia tollit proximo ius suum, scilicet præire in ludo, id est, llenar la mano, quod maxime confert ad lucrum. Probat, quod non tenetur integrum lucrum restituere, quia fortè licet alter præiret, perderet, ergo non tenetur integrè restituere, sicut qui comburit messes dum sunt in herba, non tenetur restituere frumentum, quod erant latuæ, sed quantum in herba valebant. Ita Sanchez ex Nauarro & Lopez, quibus ego addo Trullench in Decal. tom. 2. lib. 7. c. 26. dub. 2. n. 5. & Villalobos vbi infra, & Paulum in Spec. Confess. disp. 3. 2. q. 33. n. 5. & Philarcum de offic. Sacerd. tom. 2. p. 2. lib. 5. c. 2.

2. Sed mihi hæc sententia sic absolute prolata non placet, ideo assero cum Dicastillo de inst. lib. 2. tract. 18. disp. 5. dub. 3. num. 24. is qui fraudem facit accipiendo priorem locum (Hispanice coger la mano) si non constet præcisè ratione prioris loci lucratum fuisse, non tenebitur restituere totum, quod lucratur, sed quantum ius illud prioris loci iudicabitur valere. In quo subscribo Nauarro. Si tamen contingat lucrari præcisè ratione solius prioris loci, quia habebant æqualia puncta, tunc tenebitur restituere non solum totum, quod lucratur, sed insuper tantumdem, quod ipse amissurus erat; quia in eo casu fraus fuit causa totius illius damni, ut patet; quod non videtur præiudicare Nauarro, Sanchez, & Trullench.

3. Nota tamen, quod si quis bona fide abripuit manum, non tenetur postea restituere, & sic docet Villalobos in sum. tom. 2. rr. 28. diff. 4. n. 13. vbi sic ait. [Esta obligado à restituirla el que toma la mano al otro que era fuya, mas no està obligado à restituirla todo lo que ganò, sino lo que vale el ser de mano a juyzio de hombres prudentes, que es como el que destruye los sembrados quando comiençan a nacer, como dize Nauarro. Mas si tomó la mano, bona fide, por ignorancia de ambos, no està obligado à restituirla, como dize Rebelo, que este error por costumbre, y como ley del juego se tolera, y excluye la restitucion.] Ita ille, cui adde Sanch. las rr. de ludo dub. 7. n. 5. & Lugo de inst. tom. 2. disp. 3. sect. 2. §. 3. n. 38.

RESOL. LV.

An si collusor, qui est secundus, dicat primo, accepto sponcione, si concedas mihi vnum punctum, si illud primus concedat, lucratur secundus ludum? Ex p. 7. tract. 9. Ref. §. 46.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue, & ideo Trullench in Decalog. 10. 2. lib. 7. c. 27. dub. 2. n. 5. sic ait. Quando primus, el que tiene mano, habet 55. & secundus, aut tertius, el de pie, etiam habet 55. & secundus dicat, volo sponcione, si vnum punctum concesseris, si primus illud concedat, amittit ludum, & alter iuste lucrum acquirit, nam est fraus intra limites ludi, & idem poterat alter contingere. Vnde hanc sententiam ex hac ratione tenet etiam Villalobos in sum. tom. 2. rr. 28. diff. 4. n. 13. sic n. asserit. [Lícito es vlar en el juego los arduos, y cautelas que comunmente se vsa, & conforme a las leyes del mismo juego como]